[...]ne castrum Nuremberg[a] obsedit, habens secum [au]xilio[b] eundem ducem cum magno exercitu [B]ohemorum. Eodem anno claustrum Walkinreden fundatur. Et rex natalem Domini celebrans apud Wirzburg deposuit illi episcopum et alium instituit. Chr. Mont. 1128. Cr. S. Petri 1128.

Anno Domini M°CXXX. Winzemburg ab exercitu regis Lothari obsidetur, expugnatur et capitur. Chr. Reinh.

Anno Domini M°CXXXV. Imperator curiam suam Lotharius circa festum sancti Michahelis in Thuringia in regia villa Molhusen habuit. Eodem anno ventus vehementissimus et ~~attentus~~ attenuata[a] incognitus naves multas subvertit, fructuosas arbores atque silvestras innumeras deiecit, ita ut vix ~~tercia~~ tercia pars quarundam[b] silvarum atque arborum remansit. Cr. S.P.E. 1135.

Anno Domini M°CXXXVI° in data Oldisleben cenobium cecidit lapis[c] unius ~~unius~~ magnitudine capitis hominis de nubibus, qui[d] et ibidem diligenter a fratribus custoditur. Cr. Reinh.

Defuncto itaque Ludewico secundo landgravio, qui fuit tercius nomine, filius eius Ludewicus dictus Pius, libenter scivisset de anima patris sui; quod audiens miles unus in aula principis, qui cum esset pauper ~~...~~ habuit, fratrem clericum nigromanticum, cui miles: 'Frater care, sciscitare a diabolo de anima landgravii,' qui acquiescens fratri vocavit diabolum per carmina, dicens ei: 'Indica michi, obsecro, ubi sit anima domini mei landgravii'; cui Demon: 'Si vis mecum pergere, ego tibi illam ostendam,' et ille: 'Libenter eam utique viderem, si sine periculo possem.' Cui Demon: 'Iuro tibi per altissimum et eius tremendum[x] iudicium, quod, si te fidei mee commiseris, incolumem[f] te ducam illuc et reducam.' His dictis clericus collum demonis ascendit, quem infra breve tempus ante portam ~~fieri~~ inferni[g] deposuit, ubi nimis horrenda diversarumque penarum genera vidit, unde contremuit, quem inclamans alius demon dixit: '~~Quo~~ Quis est ille, quem f. 69 Caes. Heist.

a) Norinbergk C. b) sic B. C.

a) attentus b) silvarum add., sed del. B. c) sl. u. magn. in marg. eadem manu suppl. B d) sic C; que B. ~~?precepturus~~ f) incolumen B. g) sic C; fieri B.